



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De matre quæ infantem suum iuxta ignem posuerat, & sua neglegentia  
mortuus est. cxlix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAC

tur, & iste sacer conuentus statuit. Sic omnibus nobis obseruare placet. Ut si quis iustas mensuras, & iusta pondera lucri causa mutare præsumperit, in pane & aqua viginis dies pœnitentia.

*De matre quæ infantem suum iuxta ignem posuerat,  
& sua negligētia mortuus est.*

Caput CXLIX.

*Ex cōcil.  
Triburi.  
cui inter-  
fuit rex*

*Arnol-  
phus,  
cap. 14.*

*Ex cōcul.*

*Hilderdeſi  
cap. 10.*

**M**ater si iuxta focum in fantem posuerit, & alius homo aquam in caldariam miserit, & ebullita aqua infusa superflusus mortuus fuerit, pro negligētia mater pœnitentia, & ille homo securus sit.

*De ordinatis si antē vel post ordinationē in criminalibus  
peccatis deprehensi fuerint. Cap. CL.*

**D**E his ergo visum est nobis conscribi qui sacros ordines habent, & ante vel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur, in quibus ut mihi videtur hæc distantia esse debet, vt hi qui deprehensi vel capti fuerint publicè in perjurio, furto, atq; fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus, secundū sacrōrum canonicum instituta à gradu proprio deponantur: quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosas constar esse. Nempe inde detrahuntur homines à sacrificio Dei, sicut quondam filii Heli peccantibus fecisse leguntur, & rebelles hinc atque contraria existentes, eorum prauis exempli quotidie peiores sunt: qd autem de prædictis viris per occultam confessionem mala à se absconsè commissa coram oculis Dei, præsente etiam sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipſos grauirer deliquisse accusant, si veraciter penituerint, & se per ieiunia, & eleemosinas, vigiliasque arque sacras orationes cum lachrymis purgare certauerint, his etiam gradu seruato spes veniae de misericordia Dei promittenda est, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: neque vult mortem peccatoris sed vt conuertatur, & viuat.

*De viris ordinatis, quorum occulta peccata sunt.*

Caput CL.

*Ex cōcil.*

*Toletan.*

**D**E viris ordinatis quorū occulta peccata sunt, nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter compungit pro peccatis suis confessionē episcopo siue presbytero oc-